B. N. C.
FIRENZE
1123
11

1123 . 11

Digitized by Google

ADMODVM REVERENDO PATRI

P. LEONARDO ZENOBI RECINITENSI

ORDINIS MINORVM CONVENTVALIVM SACRAE THEOLOGIAE MAGISTRO; EXIMIOQVE CONCIONATORI,

ETYMOLOGICA LAVDATIO.

Ab Admodum Reuerendo Patre Sigiſmundo Regulo à Sancto Syluerio Florentino Religionis Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Publico Rhetoricæ Facultatis Profeſſore CONSCRIPTA.

Admodum Reu. P. Magiſtro Pandulpho Gargani Guardiano, ac RR. PP. Almi Conuentus Sanctæ Crucis Ciuitatis Florentiæ

DICATA.

BIBLIOTECA NAZIONALE 1872

FLORENTIÆ

Ex Typographia ſub ſigno Stellæ. MDCLXX.
Superiorum Permiſſu.

Admodvm Reverendo Patri

P. LEONARDO ZENOB RECINITENSI

Ordinis Minorum Conuentualium Sacræ Theologiæ Magiſtro, atque Eximio Concionatori.

ELOGIVM.

Adeſte Florentiæ Ciues,
Quantorum Recinitenſis Terra
Prodigiorum ſit ferax,
In Vno LEONARDO ZENOBI conſpicite,
Qui
LEO, NARDVS, ZENOBIVS
Vnus apparet:
Delinquentibus LEO verborum terrore,
Innocuis NARDVS amoris dulcedine,
Quibuſcumque ZENOBIVS Zelotypiæ feruore.
PARENTES
Primus ad fidem attraxit ZENOBIVS,
Iſte INIMICOS,
Iudæos inquam,
Quibus, quamuis Aduerſarius,

Alluſio ad Sanctum Zenobiũ Florentiæ Archiepiſcopum.

Iudæi miro cum amore proſequi demõſtrarũt & vnus ex eis doctrina eius illuminatus fidem noſtram amplexus eſt.

Ex Nardo Vinum efficitur. Pl lib. 14. cap. 16.

Nardus reſiſtit ebrietati. Plin. lib. 21. c. 20.

Ex Nardo Coronę antiquitus formabantur. Pl lib. 21. cap. 3.

Mirum in modum placuit.
Mira ſanè quæ hoſtibus placeant!
At quem inſueta non alliciant prodigia?
Huius NARDI Virtutem
In Vinum degenerantem ſumite mortales,
Virtutem ſumetis.
Ebibite Iuſti;
NARDVS iſthæc auribus ebibita
eis,
Qui ſibi male conſcij non ſunt
lætificat corda
Arripite Iniuſti,
Quos
Babilonicæ Meretricis infamis Calix
Ebrios effecit:
NARDVS hæç
Peccatorum ebrietati reſiſtit.
Hac NARDINA Corona
Tempora præcingiminor,
Qui æterna meritorum Corona
Præcingi flagratis.
At quid actum enitor efficere?
NARDVS iſta
Tam fusè odorem ſuum effudit,
Vt in eius ſuauitatem
Frequentia cuncta
Non currat, in præceps ruat.
Neque ſolùm
Veri veræ fidei Cultores,
Verùm

Et Iudaicæ pertinaciæ
Pertinaciſſimi Sectatores
Reſponſa confluunt percepturi.
De Tribu Iuda
LEONEM eſſe quis inficiabitur,
Quem Iudæorum caterua
Dilexerit,
Ipſius ab orantis ore
Intenta pependerit?
Vera LEONARDI Dogmata
Mendacij Propugnatoribus
Placuiſſe miraris?
Iam deſine:
Ex Forti enim iſto
Magna egreditur dulcedo.
Sampſonis iam clarum Enigma,
E LEONIS videlicet Fortitudine
Mira morum, mira verborum
Dulcedo profunditur.
Ecce quam bene in vna ſede morentur
Fortitudo, & Dulcedo,
Dum
Fortitudo e Dulcedine
Dulcedo de Fortitudine
Spectatur exorta:
Altera ab alterius robore robur habet.
Verus LEO
* Rugitu ſuo dum partus animat
Hoſtes exanimat.
At fallor.

Cæte-

Iudæi illius Concioni adſtiterũt

De Forti egreſſa eſt Dulcedo. Iudicum cap. 14.

* *Ioannes Ferrus in ſuo Hæreſeorũ Sym*

bolorum Theatro p 2 Leoni poſuit prò ſententia Viuificat, & Terret.

Cæteris hic mirabilior,
Æquè fœtus, atque hoſtes
Viuificandi Virtute præcellit,
Ipſorumque, quos terret
Meliorem partem terrendo viuificat:
Terret Vitij, animat Virtutis amorem.
Timoris neſcius

Viſo igne, timor concutitur Leo.

Flammas LEO Iſte non pauet:
Immò
Inflammatas libidinum æſtu
Temperat mentes.
E ſuggeſtu
Tanquam è Cælo dum fulget,
Cæleſtes ipſe flammas profundens
Æſtiuum in Auditorum corde
Solſtitium efformat:
Accenſis nempe Verborum radijs,
Quas mentes luſtrat, illuſtrat,
Accendit illuſtratas.
LEONIS huius rugitus attendite,
Qui à delinquendi Effrenata libidine
Perumper refrænari
Indecorum putatis;
Indole ſeruitutis ignara
Seruilem criminum libertatem,
Liberam Dei ſeruitutem obire
Populos docet,
Atque in Diuinæ legis Iugo
Nobilem libertatem conſiſtere
Perſuadet.

EPIGRAMMA.

Sæpè loquor dubitans; diuerſa an Nomina factis
Maxime conueniant, ò LEONARDE, tuis.
Diſcordi virtute potens, NARDVSQVE, LEOQVE,
Diſſimili ſimilis robore vterque ſuo eſt.
NARDVS odoriferis reficit mea frondibus ora,
Horrificis terret faucibus ora LEO.
At benè vtrumque ſuo Tibi conuenit omine Nomen,
Virtutem auguſtò in pectore vtramque foues.
Diſſimilis, ſimilis Tibi, Fortis, Suauis es idem:
Tu terrere homines, Tu refouere potes.

6

ALIVD.

Africa iam proprios ceſſet iactare LEONES,
Tollere iam NARDOS Indica Terra ſuas.
Indica qnas NARDOS ſouet, & quos Afra LEONES
Vnica nunc Tellus RECINITENSIS habet.

ALLVSIO

Ad Zenonem Cyprum Stoicorum
Sectæ Conditorem, cum quo Concionator
Noſter Eloquentiſſimus comparatur.

PATER LEONARDVS ZENOBI.

ANAGRAMMA.

EN ZENO VERBIS, PROLE DATA.

Egregius Sophiæ Cultor cum Dogmata ZENO
Traderet, illâ frequens qui ſequeretur erat.
Cumque LEONARDVS ZENOBI Dogmata tradat,
Qui capiat, Populum, quique ſequatur, habet.
Voce ſi Vterque potens mentes duxiſſe; quid? Iſte
EN alter VERBIS, PROLEque ZENO DATA.

In

IN IVDÆOS

Apud quos ipſe
Doctiſſimam Concionem habuit,
Et fidem noſtram amplecti recuſarunt.

Iudæo, LEONARDE, probas dum Virgine natum
Numen terreſtres incoluiſſe lares:
Annuit ille animo doctis rationibus: Ore
At duplici mendax incoluiſſe negat.
Plebs Iudæ, ſi corde tenens, tamen ore negabas,
Non fuit hoc, te non credere, nolle fuit

LAVS DEO.

99 961409

1123.11

[illegible]